



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Denunciationis Form. XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Denunciationis.

F O R M U L A X L I .

Hic auctoritate ordinaria denunciatur, & declaratur excommunicatus N. Vicarius Generalis Capituli proximæ præteritæ Sedis vacantis ex eo, quia contra prohibitionem expressam Constitutionum Apostolicarum, sine necessitate, & forma sibi in eis præscripta non servata, abutendo auctoritate officii auctus fuit pluries ingredi in clausuram Monasteriorum Monialium hujus Civitatis. Ut igitur ab omnibus evitetur, &c.

N. Episcopus N.

Loco  Sigilli.

N. Agustinus.

V E L

Con autorità ordinaria si denuncia, e dichiara Scommunicato di scommunica maggiore N. Vicario Capitulare della prossima passata Sede Vacante, perche contro la prohibitione expressa delle Constitutioni Apostoliche, senza necessità, e giusta causa, e senza osservanza della forma al suo officio prescritta, abusandosi dell'autorità della carica, & entrato più volte nella Clausura de Monasterij di Monache. Acciocche dunque sia da tutti evitato, &c.

N. Vescovo N.

Luogo del  Sigillo.

N. Attuario.

AD NOTATIONES.

VIS ACTIS SYNDICATUS. Ex actibus enim Syndicatus, si Vicarius defecerit, remanebit instructus processus, ex quo Episcopus poterit illum censura punire, tenetur etenim Vicarius Capituli stare Syndicatu, & reddere rationem novo Episcopo Successori sua administrationis; qui successor, si eum alicuius criminis reum inveniat, auctoritate tributa à Concilio Trid. c. 16. sess. 24. de reform. punit, ut communiter tradunt Piassec. in prax. par. 2. cap. 4. art. 1. de person. Judic. num. 16. ver. similiter, Pac. Jord. elucubr. tom. 2. lib. 12. tit. 2. num. 43. ubi resolutionem Sac. Congr. Concilii refert Galle-mart. collect. in Concil. d. c. 16. num. 4. Pirhing. in jus can. l. 1. tit. 28. n. 79. ver. porro.

Hunc autem Syndicatum Episcopus facere non omittat, nec reputet hanc omissionem esse levem: quia Concilium Trid. d. c. 16. sess. 24. non consulit, aut hortatur Episcopum, ut recipiat rationem administrationis officii à Vicario, & aliis Officialibus Capituli; sed ei præcipit, & imperat illis verbis rationem exigat, & per consequens Episcopus scienter, omittens id facere contra præceptum Concilii non est immunis a culpa mortali, per textus statutis clarum in c. nulli fas 19. diff. &c. ex aliis iuribus ad hoc probandum adductis à Fagnan. inc. quoniam n. 22. de constit. & in c. acrapula num. 21. de vit. & honest. cleric.

Idque optima ratione à Concilio ordinatum fuit, quia inde non parva proveniunt bona; hoc enim timore perterriti Vicarii Capituli, æquius officio fun-

K 4 gun-

gantur suo; at dum vident syndicatu sub-
jici non debere, sœpè aliqui forte præva-
ricatores fiunt, justitiam passionibus ducti
subvertunt, disciplinam enervant, &
omni gratia, vel præmio pro arbitra-
tu gerunt.

4. *Præter alios notabiles defectus.* Per
hanc Formulæ expressionem datur in-
telligi, quod si Vicarius Capituli grava-
retur in Syndicatu de aliis criminibus ad
Officium spectantibus magis contra eum
prægeret præsumptio malæ fidei ingressus
in Claustrum Monialium, adeo ut rigi-
dius mereretur plecti, v. g. si constaret
Decreta, rescripta, licentias per gratiam
vel Sordes concessisse: multas pecunia-
rias, reis pro delictis inficias, locis piis
ad formam Concilii non applicasse: lu-
dos, & illicita à Sac. canonibus prohibi-
ta Clericis explicitè concessisse, & non
prohibuisse: Claustrum Monialium cu-
stodire non procurasse, & neglexisse: di-
stributiones quotidianas, cum esset Ca-
nonicus, quamvis Choro non interfue-
rit, percepisse: (nam illas non lucratur,
nisi choro intersit, ut reprobato Garc.
de benef. par. 3. cap. 2. n. 359. firmat Monet.
de distrib. par. 2. q. 11. n. 83. & plurib. seqq.)
loca Diœcesis ante lapsum anni à postre-
ma Episcopi defuncti visitatione, visita-
sse, & prourationem exigisse, (visitare
enim non potest, nisi post lapsum anni à
die ultimæ visitationis, Barbos. de cano-
nic. cap. 42. n. 7. 70. & 71.) alienationi
bonorum Capituli, vel Ecclesiarum con-
tra formam juris, assensum præstasse:
Ecclesiæ Parochiales Pastore viduatas,
de Æcono, seu V. Curato non provi-
disse. Hæc enim cadunt sub syndicatu.

7. Non posset tamen, neque deberet
Sindicari 1. de facultate data absolvendi
à casibus Episcopo reservatis 2. de ab-
solutione excommunicationis incurſæ
ob levem percussionem Clerici 3. de
translatione Beneficiorum simplicium
ab Ecclesiis collapsis 4. de reservatione
jurispatronatus, in fundatione Beneficii,
vel Ecclesiæ 5. de licentia data pro fun-
datione novi Conventus 6. de dispen-
satione concessa interstitiorum 7. de
Decretis interpositis pro alienatione bo-
norum Ecclesiæ ad formam c. terrulas

11. quæst. 2. 8. De dispensatione denuncia-
tionum pro matrimonio contrahendo,
nam hæc jure ordinario dare, & concede-
re potest Vicarius Capituli.

De prima docet Graff. dec. aur. par. 2. 8
lib. 3. cap. 27. nu. 23. & adest declaratio
S. Congreg. Conc. 3. Decembr. 1632. quam
refert Barb. decis. Apost. collect. 717. nu. 5.
De secunda idem Graff. consil. 8. n. 20. lib.
5. par. 2. de sent. excom. Fagn. in c. perce-
nit nu. 16. ver. similiter de sent. excom. De
tertia idem Fagn. in c. bis quæ nu. 36. de
majorit. & obed. De quarta, Barb. alleg. 70.
num. 32. & est hodie indubitatum, quia
cum non possit Capitulum resistenter
Decretis Sacr. Congregat. facultatem
Vicario restringere, & sibi aliqua specia-
lia reservare, sed plenam jurisdictionem
in eum transferre teneatur, prout à me
ostensum fuit par. 1. tit. 1. ad for. 2. hæc
facultas specialiter tributa censemur, Ven-
trigl. in prax. par. 2. annot. 15. num. 61.
Amofaz de cauf. piis tom. 2. lib. 5. cap. 5.
n. 35. & 37. De quinta licet DD. inter se
pugnant, & plures innixi Decreto Sacr.
Congr. Concilii quod refert Barb. dec. Apost.
d. collect. 717. n. 17. teneant, quod Vicari-
us Capituli hanc licentiam concedere
non possit, prout sunt, Donat. prax. rer.
regular. tom. 2. par. 2. tract. 1. de monast.
ædific. quæst. 18. nu. 2. Lauret. de Franc.
contr. par. 1. n. 506. Card. de Luc. disc. 29.
num. 17. nihilominus contraria sententia,
quæ sustinet Vicarium Capituli posse il-
lam concedere) servatis tamen, & con-
currentibus requisitis Constitutionum
Apostolicarum Clem. VIII. & Gregorii
XV. verior est, quia hæc facultas com-
petit Episcopis de jure communi, ut pa-
tet ex c. quidam, Ec. de Monachis 18.
quæst. 2. & per consequens cum sit actus
jurisdictionis ordinariæ transit in Capitu-
lum, & hanc amplectuntur Fagn. in c.
non amplius nu. 70. de instit. Pignatell. con-
sult. 179. nu. 46. tom. 1. Passerini. in c. cum
ex eo de excess. prelat. in 6. num. 23. in fin.
qui testatur ita fuisse decisum a Sac. Con-
gr. Episc. & Regular. Verum est tamen,
quod cum sit res ardua, & requirat spe-
cialiem industriam, laudabilius est, quod
abstineat.

De sexta nec minus dubitatur, quia 9
facul-

facultas dispensandi ordinandos ab intersticio, tanquam jurisdictionis ordinariae, transit in Capitulum, sive in ejus Vicarium, prout declarasse Sac. Congr. Concilii in Astoricen. 21. Aprilis 1595. refert Gallemart collect. in Concil. Trid. sess. 23. c. 11. n. 1. & tradunt Biss. hierurg. lit. I. n. 199. §. 5. & alii, quos citavi p. 1. tit. 1. ad form. 2. num. 26. Et quamquam non ignorem, Marchett. in prax. Vicar. capit. par. 2. tit. 14. num. 19. tenere, quod Vicarius Capituli si habeat facultatem à Sac. Congregatione concedendi intrà annum dimissorias non possit dispensare ordinandum ab intersticio; adhuc firmiter dico, affirmoque, quod in hoc Marchett. fallitur, quia Concilium nunquam prohibuit, neque abstulit Capitulo, Sede vacante, facultatem dispensandi ordinandos ab intersticiis, sed tantum dimissorias intrà annum non aetatis inhibuit; unde ablato per licentiam isto obstatculo, dispensatio ab intersticiis remanet, sicut prius in facultate Vicarii, nec indiget Superioris dispensatione. Quarant. in sum. bullar. verb. Capitulum Sede vacante vers. decimo quæro §. Et refertur.

10 De septima non ambigitur: nam Vicarius Capituli potest interponere Decretum pro alienatione bonorum Ecclesiistarum servata dispositione c. terrulas 11. quæst. 2. glos. in elem. unica verbo conferantur de rer. permitt. Quarant. in sum. bullar. verb. Capitulum Sedi vacante n. 1. ver. sexto quæro Pac. Jord. elucubr. tom. 2. lib. 12. tit. 2. de Vic. capit. n. 2 3. Ventrigl. in prax. par. 2. annot. 15. §. 1. n. 27. non tamen si bona, quæ servari possunt, essent mensæ Episcopalis sive Episcopatus, quia hæc alienari non possunt sine licentia Papæ, ut dicit Zecch. de republic. Eccles. de Capitulo, & Canonic. cap. 24. num. 11. vers. Decimo nil potest.

De octava Pac. Jord. elucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 7. n. 10.

11 Sibi ratione officii à jure tributa. Potest enim Vicarius Capituli jure suo ordinario visitare septa monialium Episcopo subiectarum in temporalibus, & spiritualibus, Monasteria vero Sedi Apostolicæ immediate subjecta, & quæ perpetuè Episcopali muneri sunt com-

missa, & delegata juxta cap. 9. Concilii Trid. sess. 25. de regular. spiritualiter tan- tum, Barb. de Canonic. & dignit. cap. 42. n. 71. & 107. Ventrigl. in prax. p. 2. an- not. 15. §. 1. n. 19.

Et etiam à laicis invenibus associatus. 12 Praelati, & alii Superiori, Clausuram Monialium ingredi non possunt sine aliqua necessitate, qua occurrente, debent esse associati paucis, gravibus, æta- te maturis, & Ecclesiasticis personis, ut citata Bulla Gregorii XIII. disponit, & est etiam expressum in jure, ut in cap. ut juxta de offic. ordin. & in Clementina at- tendentes de stat. Monach. §. Ipsos autem, & ibi glos. & declaratum à Sac. Cong. Epis. & Regular. in Gallipolitana 22. Maii 1615. his verbis -- Congreg. decrevit Episcopum, non nisi in necessitatibus articulo, & gravibus, maturæque ætatis Ecclesiasticis personis as- sociatus Monasteriorum Monialium septa in- gredi posse, & eadem repetit Gavant. in manual. Episc. verb. monialium clausura num. 46. ubi ait -- quibus cura est Monia- lium, non possunt ingredi, nisi in casibus ne- cessariis, cum paucis Senioribus, ac Religio- sis viris.

Ex quibus planum fit, quod si Vicarius Capituli in ingressu clausuræ etiam in casu necessario, secum introduxisset laicos, & præsertim juvenes (prout in Formula supponitur) Constitutionis Gregorii ex hoc capite diceretur trans- gressor, quia licet DD. nostri antiquiores dubitaverint, an laici possent, nec nè, in visitatione Monasterii Monialium introduci, ex eo, quia citata Clementina Attendentes, loquitur simpliciter, de aliis Viris honestis, & maturis, & non distinguit, an debeant esse Clerici, vel laici, hodiè tamen dubitationem sustu- lit, tam ipsa Constitutio Gregorii, quam citatum Decretum Congregationis, in quibus prohibetur, quod laici non introducantur, quod & ita observari debere, eadem Congreg. mandavit in Tar- visina 20. Novembr. 1601. quæ habe- tur in originali registro fol. 205. etiam si essent Officiales, seu Sanctissi ejusdem Monasterii, ut in Genuen. 16. Ja- nuar. 1607. in registro fol. 2. & 3. & in Lucana 22. Jan. 1616. fol. 15. quæ De-

Decreta prout hic jacent refert testis fidelis Fagnan. in d. c. ut juxta n. 23. de offic. ordin.

14. Quæ Decreta intelligenda sunt de illis laicis, qui à prælati, & Visitatoribus introducuntur ex levitate, & absque illo iusto motivo, v. g. quia sunt Visitatoris, aut alicujus Monialis consanguinei, & videre curiosi, vel nullam præstant, nec præstare valent Visitatori in re, quam gerit operam. Cæterum si Prælati Visitator occasione ingressus indiget in faciem loci ad succurrentum necessitatì, vel promoven- dam utilitatem monasterii, consilio, & auxilio alicujus Periti laici, utique unum, aut plures secum ducere poterit, quia tunc laicus, non tanquam comes, & socios ingreditur, sed tanquam peritus necessarius, prout deducitur ex alia ejusdem Congregationis resolutione emanata 18. Febr. 1593. quam refert, & originaliter in Archivio Tragurien. servari testatur Pac. Jord. elucubrat. tom. 2. lib. 7. tit. 12. n. 103. in qua sic habetur. *Nel visitare i Monasteri delle Monache entrino con V. S. o suo Vicario solamente persone Religiose, & honeste secondo la Bolla di Pio V. e non v' entri alcun laico, se non quando l'Ordinario lo giudicasse necessario per alcun giusto rispetto.*

15. Dubium igitur solum oritur circa numerum personarum qualitates requisitas habentium, quas Prælati, & alii Visitatores Ordinarii, & delegati, possunt secum ducere in clausuram, cum Bulla Gregorii numerum non determinet, hoc dubium movet, & resolvit Fagnan. loco mox citato n. 3. sic - *Pondera primo nam in declaratoria Gregorii non determinatur numerus personarum, quas Prælati possunt secum ducere intrâ septa Monasterii Monialium, determinatur tamen in præcitate Clementina attendentes de stat. monach. à qua Constitutio Gregorii recipit interpretationem passim, justa text. iv l. 2. cod. de noxal. unde si Visitatores introducerent plures, quam oculo ibi (idest in Clementina) præfinitas, utique pena constitutionis non evaderent, & hoc planum.*

16. Nam ut ipse Fagn. n. 31. & seqq. probat, cum significatio illius verbi, paucis, in jure sit varia, non valet restringere di-

ctum numerum, sed arbitrio judicantis relinquitur, arbitrium vero ad juris correctionem non extendatur, sed potius à jure reguletur, numerum in d. Clementina præfixum attendendum esse, & cum Fagn. videtur concordare Pirhing. in jus can. lib. 1. tit. 31. de offic. ord. n. 98. vers. notandum tertio ubi loquens de eadem re concludit sic - *verum constitutio hujus c. lacum tantum habet quando visitantur Monasteria Virorum, in visitatione vero Monasteriorum Monialium, servandum est, quod statuitur in Cl. mentina 2. §. Ipsos autem Visitatores de stat. Monach. ubi disminuit numerus admittendorum tempore visitationis Monialium &c. ex quibus bene infertur, quod Visitatores excedentes dictum numerum octo, penas Constitutionis incurrit, qui vero dicto numero contentatur legem non laedit, qui autem utitur minori, melius facit.*

Visa monitione. Si Vicarius Capituli 17 expleto syndicatu, ex quo constet ipsum reum esse de transgressione d. Bullæ Gregorii: monitus ab Episcopo - ad dicendum causam quarè, non debet declarari incidisse in excommunicationem contentam in Bulla Gregorii XIII. quæ incipit. Dubitis &c. appellat ab hac Censuræ comminatione, non debet recipi, nec admitti ejus appellatio, sed ad declaratoriam deveniendum erit, à qua si iterum appellaverit, tempore debito, tunc erit in publicatione censuræ supercedendum præfixo termino ad prosequendam appellationem, nisi transgressio Bullæ esset notoria, & cum aliquo scandalo sequuta, nam tunc posset Episcopus ad denunciationem devenire, non obstante appellatione post declaratoriam interposita, quia remedium appellationis in censuris latissime à jure, admittitur, quoties Judex potuit in facto errare, & reum gravare, non autem quando factum est certum, & transgressio, cui annexa est censura, excusari non potest, ut supra jam dixi.

Incurrisse excommunicationem. Vicarius Capituli, qui dicitur Vicarius jurisdictionis Episcopalis, si in ingressu Claustræ Monialium non servat formam traditam in d. Constitutione Gregorii XIII. pro

pro prima vice Interdictum , pro secunda suspensionem , & pro tertia excommunicationem incurrit , ut ibi cavitur , & planum , est ; neque me terret auctoritas contraria Bonacini de censur . & pœn . viol . clausur . quæst . 4 . punct . 5 . n . 11 . vers . ex dictis patet , & Ventrigl . in prax . par . 1 . annot . 5 . § . 1 . n . 46 . alfruentes , Vicarios Generales , vel Prælato sacerdtales Episcopo inferiores habentes quasi Episcopalem jurisdictionem , in Clausuram Monialium ingredientes , ut supra , non affici pœnis d . Constitutionis , neque aliam excommunicationem incurrire ea non servata , ex eo quia ibi non sunt expressi , imo miror , quod Viri tam docti potuerint in hanc ire tentiam .

19 Etenim volens Greg . XIII . dubium exortum super intelligentia sua primæ Bullæ , quæ incipit -- *Vbi gratia declarare* , in hac alia , quæ incipit *Dubius* sic ait - *Con-*
ſlitutione item nostra fuit provisum ,
nè cui in posterum , nisi in casibus ne-
cessariis septa Monasteriorum Monia-
lium ingrediendi concederetur licentia ,
à nonnullis dubitatum fuisse sciamus
circa personas , quæ alterius ad id licen-
tia non indigent , sed sui auctoritate of-
ficii nituntur , an liceat eis pro libito
suz voluntatis hujusmodi septa ingre-
di , vel potius servare debeant ipsi quo-
que regulam à Concilio præscriptam
(Hæc in præmio) & in dispositiva - Nos
omnem hæstitutionis materiam tollere ,
& viam scandalis præcinere , ac San-
ctimonialium quieti - confulere volentes ,
harum tenore auctoritate Apostolica
declaramus , Prælatos omnes tam se-
culares ; quam regulares , quibus cura ,
& regimen Monasteriorum Monialium
quovis modo incumbit , facultate sibi
ex officio attributa ingrediendi Mona-
steria prædicta , ita demum uti posse ,
si id faciant in casibus necessariis , à
paucis , iisque Senioribus , ac Religio-
nis personis committati &c. Quod si con-
trafecerint eadem auctoritate statui-
mus , qui Pontificalis dignitatis fuerint ,
eos pro prima vice , qua contrafecerint
ab ingressu Ecclesiæ interdictos , pro
secunda à munere Pontificali , & à Di-
vinis suspensos ac deinceps ipso facto

, absque alia declaratione excommunican-
tos existere ; regulares verò omni officio , ac ministerio privatos excommu-
nicationi similiter subjacere .

Verus propterè sensus istius Constitu- 20
tionis est , quod omnes Superiores , qui aliena licentia non indigent ingredientes clausuram Monialium in casibus non necessariis , & non a paucis , ac senioribus & religiosis personis comitati , pro prima vice interdictum , pro secunda suspensionem à divinis , & pro tertia excommunicationem incurrint : neque dicendum , 21
quod Vicarii Generales , & alii Prælati inferiores non fuerint nominati , neque expressi : tum quia non cortici verborum est inhaerendum , sed legislatoris menti , cui verba debent inservire , vulgato c . hu-
mana 22 . q . 5 . tūm quia satis illos expres-
fit , & nominavit in Bullæ præmio , quod causam finalem , & mentem , ac animum loquentis ostendit ut pluribus cumulatis 22
docet Barbol . axiom . 192 . per tot . in illis ver-
bis à nonnullis dubitatum fuisse sciamus circa
personas , quæ alterius ad id licentiam non
indigent , sed sui auctoritate officii nituntur ,
ecce omnes Superiores , & in illis verbis
dispositivæ ibi - *Nos omnem hæstitutionis ma-*
teriam tollere volens , declaramus , Præla-
tos omnes , quibus cura , & regimen Mona-
steriorum Monialium quovis modo incumbit ,
facultate sibi ex officio attributa ingrediendi
Monaeteria , ecce Vicarios Capitulares , qui-
bus ut præmissum est , attributa est a jure
facultas visitandi Monaeteria Monialium .

Neque verba hæc per se clara , & effre- 23
nata restringi possunt ab aliis verbis sub-
sequentibus ibi -- *qui Pontificalis dignita-*
ris fuerint , quia ex his solum infertur ,
quod si Superior , qui contrafecerit ,
fit Pontificali dignitate insignitus , se-
cunda vice præter suspensionem à divi-
nis ; etiam à munere Pontificali sit sus-
pensus , non autem deducitur , quod
cæteri Prælati inferiores pœnas non in-
currant , ut volunt Bonacini . & Ventrigl .
quia si hoc esset verum , statim daretur
præcedentium correctio , & contrarie-
tas , quæ semper est vitanda , maximè
quando verba sunt satis clara , ut hic ,
Rot . coram Coccin . dec . 2338 . nu . 3 . & 6 .
& passim alibi , & ordine inverso gravius
puni-

- punirentur Episcopi, & Archiepiscopi, quam inferiores, & tamen ubi agitur de 24 imponenda pœna censurarum, vel corporis afflictiva, mitius puniuntur existentes in dignitate, quam cæteri inferiores, 25 ut docet glos. punctualis in c. *exigit de cen.*
in 6. in figuraione casus notab. 5. Passerin.
in c. qui pontificali n. 7. de off. jud. deleg. in 6.
 imò si talis interpretatio daretur, tota Bulla esset eversa, & quod ad præciden-
 da scandalia ibi statutum fuit scandalis
 viam sterneret, cum isti Prælati Episcopo
 inferiores absque metu censurarum possent
 clausuram ingredi absque necessitate, & ad
 libitum, quod est intolerabile absurdum;
 Quarè dum clarè constat de Pontificis con-
 stituentis mente, non debemus curare de
 verbis: quia non sermonis, sed rei est sermo
 subiectus c. *petitio de procurator.*
- 27 Erronea quoque est alia propositio
 ejusdem Bonacinae loco supra allegato
 firmata, nempè, quod tam Prælati Se-
 culares, quam Regulares ingredientes
 clausuram Monialium ex causa necessa-
 ria, non incurront excommunicationem,
 si soli ingrediantur, vel si secum ducant
 personas non religiosas, nec senes: quia
 ut ipse dicit, pœnæ Constitutionis Gre-
 gorii, extenduntur solum ad ingredien-
 tes in casibus non necessariis: nam Pon-
 tifex Gregorius, declarando suam pri-
 mam Bullam, per modum novæ legis,
 statuit, quod superiores, quia alterius li-
 centia non indigent pro ingressu: facul-
 tate, quæ eis ex officio datur non utan-
 tur, nisi in casibus necessariis, & non
 nisi a paucis, & religiosis personis fuerint
 comitati, ut patet ex supra recitatis ver-
 bis ibi -- *facultate prædicta ita demum uti
 posse, si id faciant in casibus necessariis, &
 a paucis, iisque senioribus ac Religiosis per-
 sonis comitati, & sic dum dicit -- si id fa-*
ciant in casibus necessariis, ponit condi-
tionem non modum Barb. dict. 364. nu. 1.
 & dum dicit, & a paucis comitati, vir-
 tute illius copulæ, & hanc aliam condi-
 tionem, prout juris est æqualiter con-
 jungit, & duo principaliter requirit,
 nempè necessitatem, & socios senes, &
 Religiosos: ideoque ad evitandas pœnas
 constitutionis, non sufficit alterum veri-
 ficari, sed debet per necessè utrumque
- concurrere, Gratian. *discept. 968. nu. 16.*
 Rot. coram Pamphil. *dec. 710. n. 6.* & in
 terminis d. Bullæ ponderant Fagnan. *locus
 supra allegato nu. 29.* Nicol. *lucubr. can. lib.
 5. tit. 39. n. 200. vers. superiores:* aliàs se-
 queretur secundum laxam opinionem Bo-
 nacinae, quod Prælati Episcopo inferio-
 res, efficta aliaque ingressu in clausuram
 necessitate (quod effingere non esset diffi-
 cile) possent sine testibus ingredi soli pro
 libito, & absque timore pœnæ: quo ni-
 hil absurdis, & nil injuriosius sanctioni
 Apostolicæ.
- Concludendum propterea videtur, quod 30
 Vicarius Capituli, de ingressu in clausu-
 ram Monialium possit vindicari. Primò
 quando ingreditur sine necessitate de qua
 debet sibi constare per relationem Abba-
 tissæ, & Monialium Crispin. *de visit. pa-*
stor. p. 2. §. 32. n. 113. Secundò quando se-
 cum duxit, & introduxit numerum su-
 perfluum, & excessivum personarum. Tertiò quando est ingressus solus sine so-
 ciis, vel cum sociis laicis præsertim juve-
 nibus: quia in his casibus, est constitutio-
 nis Gregorii transgressor, prout sunt om-
 nes alii superiores, qui super eisdem delinquent. Ab excommunicatione au- 31
 tem, quam forte incurrit, poterit ab
 Episcopo absolviri, cum non sit reservata,
 ut probat Fagn. *in c. nuper n. 38. de sent. ex-*
com. Cætera, quæ pertinent ad jus, tem-
*pus, & qualitate electionis Vicarii Capit-*ularis tradidi tom. 2. tit. 16. for. X. n. 13.**

*De excommunicatione contenta in Cle-
 mentina 1. de privilegi.*

Regulares, qui Sacraenta Euchari-
 stiæ, vel extremæ Unctionis infirmis se-
 cularibus ministrant, vel matrimonia so-
 lemaniter benedicunt sine licentia Paro-
 cho expressa (exceptis casibus privilegia-
 tis) excommunicationem Papæ reserva-
 tam incurront, ut habetur in hac Cle-
 mentina. Quare constito de dd. Sacra-
 mentorum administratione inscio Paro-
 cho per eos facta, poterit Episcopus eo-
 dem Parocho, vel Promotore Ffiscali in-
 stante, contrafacentes excommunicatos
 denunciare, præmissa declaratoria.

Sen-